§. 20. Summam Janſeniticæ doctrinæ, quam novi Auguſtini Autor propoſuit, quod attinet, ſequentia potiſſimùm capita obſervanda veniunt. *Primò* quidam de Scholaſticæ Theologiæ Doctoribus ita ſentit, Platonicis Philoſophis cæciores eos eſſe; Hæreticos item imitari, *Nam hæreticis proprium eſt*, inquit, *ſimplici revelationis veritate nunquam eſſe contentum*. Voluntariam temeritatem iis adſcribit. Quæſtiones & veritates purè Scholaſticas nihil cum cognitione charitatis commune habere aſſeverat. Plerosq́; notitias genuinè Scholaſticas ita deſcribit, quod non niſi *PURÆ ABSTRACTIONES SINT, DEPURATÆQUE ARISTOTELICÆ METAPHYSICÆ ELIQUATIONES*, &c. Totus porro in eo eſt, ut Pelagianam de Libero Arbitrio & Gratia ſententiam in Pelagio primùm, poſt & in Maſſilienſibus, deniq; in Jeſuitis ipſis confutet, allegatis perpetuò Hipponenſis Præſulis Auguſtini verbis, quibus univerſum opus refertum eſt. In ampliorem uſum Auguſtino ſuo ſuccinctum compen-

I. *Tom. II. Lib. proœm. c. 6. p. 6. c. 8. p. 8.*

II.

306

[illegible]

ERRORIS MASSILIENSIUM

ET

OPINIONIS QVORUNDAM

RECENTIORUM

ΠΑΡΑΛΛΗΛΟΝ

[illegible]

STATERA.

Per Recentiores Quosdam [illegible] JESUITAS [illegible] [illegible]

III. [illegible]

IV. [illegible]

V. [illegible]

VI. [illegible]

VII. [illegible]

VIII. [illegible] ab Augustino vocari. *Pelagianum* [illegible] dicat, Liberum Arbitrium, etiam post lapsum [illegible]

IX. [illegible] In humani corporis propagatione [illegible]

comprehendi voluerint, *Enoch, Melchiſedech, Abraham*, [illegible]
Jacob, Joſeph, Jeſum Nave, Phineem, Samuel, Nathan, H[illegible]
Helizæum, Michaam, Daniel, Ananiam, Azariam, M[illegible]
Ezechiel, Mardochæum, Simeon, Joſeph, cui deſponſata erat virgo
Maria, Johannem, &c. interq; fœminas: *Deboram, An*[illegible]
Samuelis matrem, Judith, Eſther, alteram Annam filiam Ph[illegible]
Elizabeth, ipſam etiam Domini Salvatoris noſtri matrem, [illegible]
ſine peccato confiteri neceſſe ſit pietati: maximeq;, *A*[illegible]
Tom. 1. L. 4. quia dicitur: verax, ſine crimine, juſtus, Dei cultor, abſti-
cap. 14. nens ſe ab omni re mala, & *Zachariam cum Eliſabeth*, &c.
XXVI. *Pelagianum & erroneum eſſe*, ſi quis opera ſupererogationis
T. 1. l. 4. c. 10. aſſerat, ſeu poſſe nos plura facere, quam quæ Deus requiſivit.
XXVII. *Pelagianum & erroneum eſſe*, ſi quis neget, modum [illegible]
XXVIII. uniformem eſſe. *Pelagianum & erroneum eſſe*, Sch[illegible]
de Gratia congrua commentum, nec præſcientiæ Dei [illegible]
T. 3. l. 2. c. 8. emplaſtrum ſatis mederi vulneri, quod gratiæ Chriſti medici-
XXIX. nali infligant aſſertores gratiæ congruæ. *Exorb*[illegible]
T. 3. l. 2. c. 2. los recentiores, qui per gratiam Chriſti medicinalem intelli-
gunt habitualem quandam gratiam, cum potius in [illegible]
ſpiratione & motione ad bonum eadem conſiſtat, &c.

§. 21. Hæc & ſexcenta alia paſſim in Scriptis ſuis [illegible]
Janſenius, nec contentus eſt ſemel de erroribus hiſce [illegible]
quin potius eandem doctrinam ſæpius, atq; in pluribus [illegible]
repetit, ne opinari quis poſſit, excidiſſe Autori tales, adverſus
communem Jeſuitarum opinionem conceptas ſententias. Imò
non multum remiſſior adverſus Jeſuitas in hac cauſa Janſenii
& aſſeclarum Zelus eſt, quam adverſus Pelagianos Auguſtini
fuiſſe legimus, cum neglectæ fidei & ſalutis doctrinæ paſſim
Alia Janſe- adverſarios ſuos accuſet. Enimverò præter ea, quæ contra
nii dogma- NeoPelagianos diſputat Yprenſis Præſul, multa alia inſuper
ta. immiſcet dogmata, quæ peculiarem claſſem poſtulare [illegible]
I. videntur. De Adami ſtatu & nativa conditione [illegible]
pius ſatis congruè loquatur, ſuſpecta tamen [illegible]
poſſet, *ÆQVABILIS LIBERTATIS INDIFFEREN-
TIA* in ſtatu illo aſſerta, quaſi hominem ἀδέσποτον crea[illegible]
[illegible] l. 7. c. 10. *Ex hac igitur*, ait, *ſpontanea creatura rationalis in* [illegible]
[illegible]

Google

omnibus, hoc eſt, pro hominibus omnium nationum, linguarum &
gentium, Judæis videlicet, ac gentilibus, ex quibus congre-
c. 5. *gatur univerſus populus DEI, ſecundum iſtud Apocalypſeos.* Re-
demeſti nos DEO, in ſangvine tuo, ex omni tribu & lingva &
1. Joh. 1. populo & natione. Ad clariſſimum S. Johannis dictum: *Ipſe*
eſt propitiatio pro peccatis noſtris, non pro noſtris autem tantum,
ſed etiam pro totius mundi, ita excipit: *Non pro noſtris tantum,*
quibus iſtam Epiſtolam ſcribo, ſed pro univerſo populo fidelium iſtius
Eccleſia toto mundo diſperſa; vel, quod in idem redit, *non pro*
Joh. 3. *noſtris tantum Judæorum, ſed etiam Gentilium, ex quibus una con-*
ſtituitur toto mundo fidelium Eccleſia. Non minus Salvatoris
noſtri verba: *Sic DEus dilexit mundum, ut filium ſuum unigeni-*
tum daret,&c. ita exponit, *electos eſſe totum mundum ſeu* [illegible]
VI. pro quibus ſe redemptionem dederit. E Janſenii igitur mente
T.3.l.10.c.2. Solis electis DEus beneficia liberationis præparavit, quæ con-
cepta ejus verba ſunt. Infideles autem carere Gratia ſufficienti
ad ſalutem tam proxima, quam remota & omnis principii vitæ
T.3.l.3.c.11. aſſerit, qui titulus eſt capitis. *Prædeſtinationem* porrò duplicem
VII. ſtatuit Janſenius, alteram ad vitam, ad mortem alteram, &
T.3.l.9.c.3. hanc doctrinam Catholicam eſſe fingit, cujus interpres Augu-
ſtinus fuerit, qui locutionibus ſuis variis indicarit, verè & pro-
priè non minus æternam damnationem prædeſtinari malis,
atq; bonis beatitudinem ſempiternam; ut proinde ſicut ſim-
pliciter dicimus, aliquos prædeſtinari ſalvandos, ita & ſim-
pliciter dicatur, aliquos prædeſtinari damnandos, &c. Alibi
VIII. verò, ubi totum prædeſtinationis negotium explicare cona-
tur, *Reprobationem* quoq; *duplicem* proponit, quarum alte-
ram negativam vocat, ab abſoluto DEI decreto dependentem,
alteram poſitivam. Ut ſumma quidem cauſa damnationis ſit
DEI, prætereuntis quoſdam, placitum, proxima verò infer-
nalium pœnarum, actualis hominum malitia, prætteritionem
DEI neceſſario ſequens, eò cauſarum & cauſati ordine, qualis
T.3.l.10.c.2. in naturaliter agentibus conſpicitur. *Videt, ait, hoc ipſo quod*
DEus non omnes ſed certos tantùm & peculiariter ſelectos, a per-
ditione ſeu damnatione, quam incurrerunt, liberandos eſſe decre-
vit, & illis ſuis beneficia liberationis danda præparavit, [illegible]

[illegible]

exclusos esse, negativè reprobatos. Hoc enim nihil eſt aliud, quam eos hoc ipſo non eſſe prædeſtinatos, ut per talia liberationis beneficia à damnatione liberentur. Videt, hoc ipſo quoq; reliquos, qui ſic ab illo numero liberandorum beatiſſimo ſecluſi ſunt, & negativè reprobatos, etiam poſitive reprobatos dici poſſe. Non enim ſic præteriti ſunt à Deo, ut quodammodo manſerit voluntas ejus de ipſorum ſalute vel perditione ſuſpenſa: ſed ſic, ut fuerit voluntas fixa, eos relinquendi in iſto ſtatu, ex quo cæteros liberare ſtatuebat. Ille autem citra dubium perditionis ac damnationis eſt ſtatus. Hoc ipſo igitur quo relinquuntur in ſtatu damnationis, poſitivè quoq; reprobati ſunt, quia DEus non ſolum eos non vult liberare, ſed etiam poſitivè vult in damnatione relinquere, quia ira DEI manet ſuper eos, ex qua præter ipſum eos nemo liberare poteſt. Porrò iſta poſitiva reprobatio non ſic intelligenda eſt, quaſi DEus hoc ipſo, quo quosdam liberandos ad æternam vitam eligit, cæteros poſitivè ad pœnas omnes ſingulas, quas in inferno reipſa pro peccatis omnibus paſſuri ſunt, reprobando damnaverit. Hoc enim decretum, ſine dubio, poſterius eſt & omnium futurorum peccatorum, ipſiusq; mortis in peccatis præſuppoſitæ prævisionem; ſed ita potius, ut hoc ipſo cæteros præteritos poſitivè voluerit excludere duntaxat ab æterna vitâ, quæ eſt in regno ſuo: ſive quod idem eſt, poſitivè noluerit eos à toto ſtatu perditionis, in quo eos jacere videt, hoc eſt, finaliter à perditione liberare. Quod ſanè non eſt aliud, quam velle damnare, quatenus excluſio à vita æterna & regno Dei, graviſſima creaturæ rationalis eſt damnatio. Tandem verò, quia peccatum iſtud non ſolum excluſionem à Dei regno meruit, ſed aliam etiam ſenſibiles pœnas, neque omnes quos à regno ſuo reprobaverit, cum iſto ſolo damnatæ originis peccato ex hac vita diſceſſuros videt, cum eos in peccatis morituros eſſe prævideri, decretoria damnationis totali ſententia æternis ſuppliciis addicuntur. Atq; ad hos ipſos, abſolutè ſcilicet præteritos ſeu reprobatos, Infantum non baptizatorum, ex Janſenii mente, ſpectat cœtus, de quibus ita univerſè ſentit, eos ſine diſcrimine damnari: *Unde niſi ex antiquiſſimo, & Apoſtolica traditione, qua Eccleſiæ Chriſti inſitum tenent præter Baptiſmum & participationem menſæ Dominicæ, non ſolum ad regnum DEI, ſed nec ad ſalutem & vitam æternam* IX. Tom. I. de Hær. Pelag. L. 3. c 20. p. 68.

E

quem-

qui conſulit, ſuadet, præcipit, rogat, blanditur ſeu extrinſecus ſeu interius, ſed hæc ſe habet in ipſa potentia voluntatis, quam propriè ſua ſuavitatis magnitudine ad volendum applicat, & applicando determinat, utpote cauſans in ea hoc ipſum ut ſe determinet, ideóq; prædeterminat. Quia ut ſit nutus voluntatis, ut ſit induſtria tanta, ut ſint opera charitate ferventia, ille tribuit, ille largitur. Nempe infundendo delectationem objecti, qua amplius nos demulcente, hoc ipſum neceſſum eſt, ut velimus & operemur. Ex quibus perſpicuè apparet, impoſſibile eſſe; ut adjutorium illud cœleſtis delectationis non determinet, immo prædeterminet voluntatem; quia facit ut velis, & ſine illa velle non poſſis; facit etiam ut ardentius velis, & ſine illa ardentius velle non poſſis; facit denique, ut neceſſe ſit animum iſtuc ſequi, ſecundum iſtud operari, quod amplius delectaverit. Ut ut deniq; prædeſtinationem ad culpam nec ipſemet Janſenius approbare voluerit, quando alicubi ſcribit: *De malo culpæ non vertitur illa controverſia, quia Catholica fides docet, DEum culpæ autorem eſſe non poſſe, & per hoc nec illam prædeſtinare poſſe*, ſincerus tamen per omnia nec in hoc puncto nobis videtur; *Traditionem enim in deſideria cordis*, cujus Apoſtolus meminit, *effective* explicat, nec admittere vult, ut dicatur Deum permittendo tradidiſſe, & hunc potiùs Catholicum ſenſum eſſe ſcribit, *quaſi DEus gratiam ſuam ſubtrahendo, diabolum immittendo, aliisq; occultis ac mirabilibus modis, ex profundo judicio potentiaq; venientibus, peccatores ita ſuis deſideriis traderet, ut fiant eadem peccata, & peccatorum, & ſuppliciorum merita futurorum.* Cæterum cum animadverterit Janſenius, dogmata hæc ſua veterum quoq; Prædeſtinatianorum fuiſſe, novô quodam commentô elabi conatus eſt, quaſi Auguſtinus, & quos Prædeſtinatianos olim vocarunt, idem docuerint. *Non eſt*, ait, *hæreſis, ſed calumnia, quâ Maſſilienſes S. Auguſtini doctrinam infamarunt. Exiſtimo nunquam in rerum natura fuiſſe hæreſin Prædeſtinatianam vel hæreticos Prædeſtinatianos: ſed è contrario doctrinam Catholicam, quam Sanctus Auguſtinus & Proſper docuerunt, ſub nomine iſtius hæreſis calumniosè a Maſſilienſibus traductam eſſe. Itaq; hæretici illi Prædeſtinatiani non fuerunt alii, quam S. Auguſtinus, Proſper, Hilar.*

XI.
Tom 3. L. 9. c. 9.
Rom. I.
Tom. I de Hær. Pelag. L. 4. c. 5.
XII.
Tom. 1. L 8. c. 23.

Epitaphium ſeu compendium doctrinæ, quam vocat novam Autor ille poſuit.

STA VIATOR

UBI STETIT JANSENIUS,

Hic jacet nova Doctrina;
Hoc eſt falſa, quia de Deo nova,
Ut Deus ipſe eſſet falſus
Si poſſet eſſe novus.
De natura pura nimis ſanè,
De natura ſana nimis purè,
De lapſa nimis crudè ſenſit.
Poſt calumnias naturæ non pepercit Gratiæ,
Et Deum (Gratiam ſufficientem non ſuppeditantem,)
Ut debitorem eſſe, non, facit crudelem.
Ut hominem liberum faceret captivum,
Ut corrumpat bona opera, corrumpit merita;
Ut excuſet peccatum, facit neceſſarium,
Denique Chriſtum [illegible], negat pro omnibus mortuum.

ABI VIATOR,

Et ſi amas Auguſtinum fuge Janſenium.
Non eſt Auguſtinianus qui [illegible] habet Auguſtinum.

E 3 [illegible]

§. 25. Acceſſerunt ad hæc Pontificum Romanorum Decreta; Nam *Urbanus VIII.* jam annô 1641. Janſenii proſcripſit librum, hoc prætextu, quod adverſus Decreta Pauli V. & ſua, prohibentia, ne quis tractatus in materia de Auxiliis divinæ Gratiæ, abſq; Sedis Apoſtolicæ licentia edatur, cum gravi ſcandalo in lucem produſſet. *Innocentius vero X.* quinq; pluriſimum propoſitiones ex univerſo opere ſelegit, adverſus quas fulmina ſua vibraret: Ita enim habet Declarationis ejus, anno 1653. Pridiè Kalendarum Junii conſcriptæ, ſumma: *Cum ab initio hujuscemodi diſcuſſionis ad divinum implorandum auxilium multorum fidelium Chriſti preces, tum privatim, tum publicè indixiſſemus, poſtmodum iteratis eiſdem ferventius, ac per nos ſollicitè implorata Spiritus S. adſiſtentia, tandem divino Numine favente, ad infra ſcriptam devenimus declarationem & definitionem.* Primam *prædictarum propoſitionum: Aliqua DEI præcepta hominibus juſtis, volentibus & conantibus ſecundum præſentes, quas habent vires, ſunt impoſſibilia, deeſt quoq; illis Gratia, qua poſſibilia fiant; Temerariam, impiam, blaſphemam, anathemate damnatam & hæreticam declaramus & uti talem damnamus.* Secundam: *Interiori Gratiæ, in ſtatu naturæ lapſæ, nunquam reſiſtitur: hæreticam declaramus & uti talem damnamus.* Tertiam: *Ad merendum & demerendum in ſtatu naturæ lapſæ non requiritur in homine libertas à neceſſitate, ſed ſufficit libertas à coactione: hæreticam declaramus, & uti talem damnamus.* Quartam: *Semi-Pelagiani admittebant prævenientis Gratiæ interioris neceſſitatem, ad ſingulos actus etiam ad initium fidei, & in hoc erant hæretici, quod vellent eam gratiam talem eſſe, cui poſſet humana voluntas reſiſtere vel obtemperare: falſam & hæreticam declaramus & uti talem damnamus.* Quintam: *Semi-Pelagianum eſt dicere, Chriſtum pro omnibus omnino hominibus mortuum eſſe, aut ſanguinem fudiſſe; falſam, temerariam, ſcandaloſam, & intellectam eo ſenſu, ut Chriſtus pro ſalute duntaxat prædeſtinatorum mortuus ſit, impiam, blaſphemam, contumelioſam, divinæ pietati derogantem & hæreticam declaramus & uti talem damnamus. Mandamus igitur omnibus Chriſti fidelibus utriusq; ſexus, ne de dictis propoſitionibus ſentire, docere, prædicare aliter præſumant, quam in hac*

præſenti

unicuiq; illarum ſigillatim inuritur, iterum damnamus a[illegible] *librum ſæpe dicti Cornelij Janſeny, cui titulus Augu*[illegible] *alios tam manuſcriptos, quam typis editos & ſi quos f*[illegible] *rum edi contigerit, in quibus prædicta ejuſdem Corn*[illegible] *doctrina, ut ſupra, damnata defenditur vel aſtruitur, aut* [illegible] *detur & aſtructur, damnamus itidem atq; prohibemus M*[illegible] *tes omnibus Chriſti fidelibus, ne prædictam doctrina*[illegible] *dicent, doceant, verbo vel ſcripto exponant, vel* [illegible] *publice vel privatim, palam vel occulte, imprimant* [illegible] *& cenſuris contra Hæreticos in jure expreſſis, ipſo fa*[illegible] *declaratione incurrendis.* Quin & eo usq; Curiæ [illegible] ſiti primarii Jeſuitæ progreſſi ſunt, ut anno 166[illegible] tionibus Catholicis, de Incarnatione, in Collegio [illegible]

Tb. XIX. & XX. tano Pariſienſi ventilatis ſequentia inſeruerint: [illegible] *Seculo X. Schiſma Photy invaleſcens Græcos ab* [illegible] *disjunxit. Chriſtum nos ita caput agn*[illegible]*imus,* [illegible] *dum in cœlos abijt, primùm Petro, tum deinde* [illegible] *miſerit, & EANDEM, QUAM HABEBAT IPSE,* [illegible] *FALLIBILITATEM CONCESSERIT, qu*[illegible] *thedra loqueretur. Datur ergò in Eccleſia Romana* [illegible] *rum fidei judex infallibilis, ETIAM EXTRA CON*[illegible] *GENERALE, tum in Quæſtionibus Juris, tum* [illegible] *poſt Innocent. X. & Alex. VII. Conſtitutiones FIDE* [illegible] *CREDI poteſt, librum; cui titulus,* Auguſtinus [illegible] *hæreticum, & propoſitiones, ex eo decerptas, eſſe Janſeny &* [illegible] *Janſeny damnatas.*

§. 24. Enimverò nec ſic quidem obt[illegible] quæ deſiderarunt, quibus enim Janſenii doctrina [illegible] anteà, vehementius eam propugnarunt, us[illegible] alios innumeros libellos, in quibus Janſenii doctrina [illegible] mata eſt, *Catechiſmus Gratiæ* anno 1650. prodierit, [illegible] verſam Janſenii doctrinam paucis pagellis compl[illegible] tor & certas precationum formulas addidit, pro [illegible] Gratia divina, qualem Janſeniani profitentur. De Bull[illegible] Papali ab initio certaminis emiſſa, ita Mech[illegible] Epiſcopus cum reliquis Epiſcopis & Provinciæ [illegible]

[illegible]

ſtatuit, ſub & obreptitiè eam extortam & rationes pene multas adeſſe, cur locum invenire in Belgio non poſſit. Et quamvis Lovanienſes quidam Theologi contra ſuammet Facultatem pro Jeſuitis conſpirarint, hinc inde tamen ſuppetias accepit Janſenianorum cohors & è Galliis imprimis, quarum incolis Pontificum Decreta veri nominis Bullæ videntur, id eſt vani & ventoſi impetus, neq; iidem Petri claves multum timent, nec Pauli enſem, quatenus à Romano Epiſcopo arma hæc tractantur, cum dignisſimi Pontifice Romanô Tituli, quem Philippus Francorum Rex Bonifacio quondam dedit, ſubinde recordentur: *Sciat TUA MAXIMA FATUITAS, &c.* Unde nec mirum eſt, quod Jeſuitarnm Aſſertioni, quam præcedente paragrapho citavimus, Parochi & Theologi Pariſienſes aliud quoddam ſcriptum anno 1662. oppoſuerint, ſub titulo: NOVA HÆRESIS JESUITARUM, in quo inter alia ita de Jeſuitis ſentiunt: *Jeſuitæ nec limites amplius, nec exempla habere volunt ſuæ impudentiæ atq; errorum. Neq; enim ſatis habent, Papam fatere infallibilem, quemadmodum id alÿ fecerunt Theologi, ſed eandem ipſi tribuunt infallibilitatem, quam Chriſtus habuit in his terris, & quemadmodum iſthæc Chriſti infallibilitas ſe ſe extendebat ſuper omnia & non modo ſuper res jam revelatas, ſed etiam quæ nondum factæ erant, quasq; ipſe dicendo revelabat: ita Papam eandem etiam habere infallibilitatem aſſerunt, non ſolum quando Eccleſiæ proponit ea, quæ ex Dei revelatione habet; Sed etiam quando proponit facta, quæ ex Dei revelatione non habere certum eſt, qualia videlicet ſunt Janſenÿ propoſitiones quædam.* Mox errorem hunc non eſſe ſimplicem ſcribunt, nec vulgarem hæreſin; Sed errorem maximorum originem & *Generalem Hæreſin, quæ totam Religionem evertat.* Item: *Quicunq; igitur dicit, rem non revelatam à Deo, nec divino teſtimonio comprobatam; qualis videlicet eſt:* num propoſitiones quædam ſint recentioris horum temporum Auctoris? *eſſe objectum fidei divinæ,*

nobis inſerviat: *Non intendentes per hanc declarationem & defi-
nitionem ſuper prædictis controverſiis approbare ullatenus alias
opiniones, quæ continentur in Sectariorum citatorum libris.*
Primo igitur de Jeſuitarum opinione hoc certiſſimum judica-
mus, Pelagianiſmum per omnia eundem ſapere, niſi & magis
erronea illa ſit, quod fautores ejus Gratiam Dei Libero ho-
minis arbitrio manifeſtè ſubordinent, & in hunc uſum ſcien-
tiam mediam, quam vocant, excogitarint. Equidem & ea
Deum cognoſcere, quæ hypotheticè futura, ſeu quæ non, niſi
certa conditione poſitâ, eventura, negatâ eâ, non eventura
& ita futuribilia ſunt, dubium non eſt, cum omne intelligibile
perfectiſſimæ Dei ſcientiæ objectum ſit, & humanus quoque
intellectus hypotheticè futura apprehendat ſæpè; Exempla
inſuper hujusmodi futuribilium à Deo cognitorum in Scriptu- *1.Sam.13, 13.*
ræ S. præſto ſunt, ut Sauli, regnum ſub conditione pietatis, diu- *1.Sam.23,12.*
turnum futurum, David à Ceilanis, ſi manſiſſet in urbe, hoſti
tradendus, Judæorum futura felicitas, niſi Palæſtina egreſſi *Jer. 27, 17.*
eſſent; Quo ſpectat Eliſæ & Joahæ colloquium, Tyriorum & *2.Reg.13,19.*
Sidoniorum pœnitentia, de quibus & ſimilibus, pro Scientia *Matth 11,12.*
Dei media argumentis, *Maximè Reverendum & Excellentiſſi-* *Syſtem. T.2.*
mum Dn. D. Calovium, Patronum & Præceptorem noſtrum hono- *c 10. p.516.*
ratiſſimum, accuratè, quod ſolet, agentem vide; In Salutis *ſeqq.*
tamen negotio liberæ voluntatis noſtræ uſum prius explorare
Deum, ut Gratiam inclinationi huic convenientem indulgeat,
& falſa, & Deô indigna, & conditioni hominis lapſi incon-
gruens, & inepta opinio eſt. *Falſa* quidem, quod Deus ſine
conditione prævisæ in nobis dignitatis vel inclinationis,
omnibus hominibus, quantum in ſe eſt, Gratiam ſuam pro-
miſerit, eandemq; à *πρωτευαγγελίῳ* tempore in hunc diem
usq; ſingulis exhibuerit. *DEO indigna*, quod per hanc hy-
potheſin in ſigno rationis divinæ cauſa ſecunda inciperet mo-
tum ſalutarem & primam cauſam anteverteret, cui nec alius

arbitrium in peccatis mortuum & ſeruum [illegible]
permiſit, atq; in judicium ſuum [illegible]
Gen. VI, 5. indigentia. [illegible]
1. Petr. 2. [illegible]
vulit res. [illegible] voluntatem [illegible]
[illegible]
cenſione [illegible] ad [illegible]
concurrere, modo voluntas [illegible]
Eadem loca quæ de [illegible]
tantum, haberi debent; Quod [illegible]
hoc negotio volumus [illegible]
cenda erit congrua; ac reſpectu [illegible]
enim nulla erit congrua. [illegible]
illa efficacia interna & perpetua [illegible]
in converſionis negotio inſtrumentis [illegible]
Gal. III, 27. Tit. III, 5. Sed nec [illegible]
nullam Gratiam hominis in peccatis mortuam [illegible]
2. Cor. 3, 5. gnere; neq; enim alias [illegible]
1. Cor. 1, 26. ſibi relicto denegaſſet [illegible]
Rom. 8, 7. quæ adverſatur, [illegible]
Non magis congruum [illegible]
Marc. 5, 41. tia, quam Chriſti Vox [illegible]
exemplo [illegible]
dat in Salvator [illegible]
non poterat, [illegible]
in converſionis negotio, quæ ad [illegible]
ſurrectio eſt, [illegible]
continere & fungi [illegible]
Epheſ. 2, 5. Spiritu Sancto hæc omnia [illegible]
ſeqq. hypotheſes [illegible]
opinionibus [illegible]
conciliari [illegible]
§. 17. Neque vero [illegible]
menta [illegible]
pientem [illegible]
[illegible]

[illegible], Janſenianos impingere videmus, quippe qui uſq; adeò libertati noſtræ adverſantur, ut per [illegible] peccet homo libere & *Gratiam* Dei ſpernat. Et [illegible] non negamus, eſſe quoſdam neceſſitatis modos, per quos arbitrio noſtro libertas ſua non aufertur, cum nec primus homo [illegible] obligationis liber fuerit, nec ea, quam *Conſequentem neceſſitatem* vocant, libertati ſit contraria, [illegible] tamen ob id concludendum, Voluntati ſolam violentiam repugnare, quæ ſtante libertas ejus iterum emineat; [illegible] bruta, nulla violentia adducta, agant quædam, [illegible] poſſet, Liberi arbitrii capaces eas eſſe. Quod quam [illegible], nemo non videt. Potius igitur habendum [illegible], omnem neceſſitatem Phyſicam, antecedentem & prædeterminantem Libertati Arbitrii contrariam eſſe. Porrò, quod Gratiam Dei ſalutiferam, & fontem Gratiæ Chriſti meritum, ad totum genus humanum ſe extendere, neget Janſenius, in eo dogmate non aliis, quam quibus Calviniani ab Orthodoxis conſtringi argumentis ſolent, convincendus erit. [illegible] & ab Ezechiele aliquoties inſinuatum, clarius eſt, quam quod Sophiſtica arte poſſit eludi: Nec Paulus [illegible] Gratiæ & [illegible] amplitudinem, exæqua- [illegible] Catholica [illegible] illa, quæ Servatorem noſtrum [illegible] habet, & in Sole ſcripta eſt, ut ſtatuamus aliter, per- [illegible]. Sed nec alia dictis, quæ Janſenius corrumpere conatus eſt, [illegible] ſecuſſit lumen, ut cum tenebris collata [illegible] ſplendere magis videantur. Vocabuli Prædeſtinationis [illegible] quod attinet, non [illegible]. Eccleſiaſticos ſcriptores quandoq; in genere [illegible] id comparaſſe. [illegible] vero [illegible] ſe extendere [illegible]. Electionis & Prædeſtinationis vocabula permutari ſæpe animadvertemus. Reprobationis [illegible] Janſenii ſententiam non juvat quicquam. Quamvis enim concedi poſſit, excluſionem à Gratia

[illegible]
Rom. 5, 18.
[illegible]
Joh. 3, 16.
Eph. 1, 4.
Rom. 8, 30.

DEI ſpernunt; Hic autem magis poſitivè DEI [illegible] ſe habere, quatenus pœnas, ut juſtum Judicem dec[illegible], [illegible] decernit & irrogat; neuter tamen actus à prævi[illegible] tentiæ abſolutus cenſeri debet, cum nemi[illegible] DEUS præterierit, qui omnibus omnino la[illegible], ne [illegible] cluſo, liberationis media indulſit. Co[illegible] Gen. [illegible] Rom. XI, 32. Ut taceam ipſismet Calvinianis [illegible] militonibus, tutum non videri aſylum hoc, cum [illegible] idem illud *Ludovicus Crocius, Conradus Bergius, & Her[illegible] Hildebrandus* jamdudum diſputarint. De Infantum ante baptiſmum decedentium ſtatu, quamvis intricata q[illegible] Patribus ſit, tantum tamē abeſt, quo minus horrend[illegible] tiæ, quam Janſenius ſequitur, calculum noſtrū a[illegible] ut ſi fidelibus parentibus, (qui quotidianis precibus, qua[illegible] ritas non eſſe, DEUS ipſemet pronuntiat, pro liberis [illegible] nati ii ſint, hæredes vitæ æternæ eos eſſe, ad quam [illegible] perveniant, intrepidè aſſeramus: modum, quo pr[illegible] eadem, Sapientiæ divinæ committentes. N[illegible] enim Gra[illegible] divinæ fontem anguſtiorem cenſere debemus hod[illegible] quam olim fuit, quando David de filioli ſui, ante o[illegible] mortui, nec circumciſi, ſalute ne dubitavit quidem. [illegible] tam Baptiſmi neceſſitatem eſſe, quanta fidei eſt, [illegible] noſtri verba perſvadent, quibus innuit *a[illegible]* [illegible] Sacramenti damnare, *Qui crediderit & bapti[illegible] vabitur: QUI VERO NON CREDIDERIT, [illegible] bitur.* Etſi deniq; Gratiæ divinæ efficaciam [illegible] gratiſſimô animô omnes fateamur, irreſiſtibiliter [illegible] rari eam, falſa Janſenii aſſertio eſt, quia Scripturæ [illegible] Conf. Pſal. LXXXI, 14. Prov. I, 24. Eſa. LXV, 2. [illegible] 37. Luc. VII, 30. Act. VII, 51. Præclare *Hulſemann[illegible] quidem verum eſt, DEum non offerre ſolum Gratiam [illegible] deinceps, donec voluntas noſtra velit; ut eff[illegible] ade[illegible] noſtra ſuſpendatur; ſed DEum conferre, inſerere, [illegible] tentem motum in noſtram voluntatem, operand[illegible], a[illegible] nando eam ut velit. Sed hinc non ſequitur, nec verum eſt, [illegible] effectus non ſuſpenditur à voluntate noſtra, etiam irrit[illegible] eff[illegible],*

Diſp. 8. th. 83 ſeq.

Diſput. 2. de Suff. c. M. C. th. 89. Declarat. Orthod. p. 154. ſeqq.

2. Sam. 12, 13.

Marc. 16, 16.

de Auxil. Grat. p. 310.

non

non ſuſpenditur à voluntate noſtra, ſed convertimur irreſiſtibiliter. Ut convertamur, ſolius DEI eſt; Ut convertamur, noſtrum eſt, opus in nobis [illegible] *laudandæ, liberum tamen à neceſſitate.* De [illegible] in reprobum ſenſum, qui Deo adſcribatur eodem, [illegible] quæ Prædeſtinatianorum fuerit opinio, alibi à nobis [illegible] eſt. Auguſtinum denique ab hac hæreſi, cujus [illegible] eum [illegible], optime vindicavit *Mat. Ant. De D. Ca-* [illegible] *in Harmon.* Calvin. p. 57.

§. 76. Reſtat igitur, ut nimium quæ noſtra & Ortho-doxa de propoſitis difficultatibus, quas & Jeſuitæ & Janſe-niani [illegible], ſententia ſit, exponamus: Quem-admodum igitur [illegible] Liberi Arbitrii deſcriptio, & quæ omni ſtatui generis humani congruat, periculoſi & difficilis eſt, [illegible] impoſſibilis, ita pro diverſitate conditionis noſtræ arbitrii [illegible] affirmabimus. Quod ſi igitur Homines [illegible] Arbitrium, Liberum id fuiſſe, dubium [illegible], cum [illegible] id docuerit ſatis: Attamen [illegible] Libertas illa non conſiſtebat, [illegible] homo juſtus & ſanctus à Deo creatus fuerit, atque origina-[illegible] primi hominis naturalis fuerit. Con-ſiſtebat igitur libertas illa in rationali promptitudine boni [illegible], & perſiſtendi in concreata integritate, quæ non niſi [illegible] Liberi Arbitrii abuſu, evertenda erat. Poſt lapſum, [illegible] converſionem, vel in eadem, vel poſt eam, [illegible] noſtri indagemus, & ante converſionem, vel in ordine ad [illegible] naturalia, vel civilia, vel Spiritualia. In ordine ad [illegible] naturalia, ſeu quæ ad naturæ ſuſtentationem pertinent, [illegible] neceſſarium agens homo eſt, quoad modifica-[illegible] & circumſtantiarum apparatum, pro ſua diſpoſi-[illegible]: Quemadmodum & civilium actionum [illegible] Dominus eſt homo, ut matrimonium iniſſe, [illegible]

1.Cor.2,14 non Pædagogica, ab eventu ſic dicta, inſtituta, quæ ſine bono
motu ſuſcipiuntur, ſed quæ ſalutem ipſam concernunt com-
2.Cor 3,5 mina. In converſione uti ſola operatur Gratia, nec irreſiſti-
biliter cogendo, nec morales ſaltem perſvaſiones ſuggerendo,
ſeu proponendo nobis objectum amabile, ſed verò, divino &
ineffabili, atq; ut nonnemo loquitur, amoroſo influxu poten-
tiæ ſuæ, ita Liberum Arbitrium & ipſum operatur, ſed re-
ſiſtendo naturaliter divino verbo, cum hujusmodi homo, qui
Ephef. 2, 3. Φύσει ſeu naturâ eſt filius iræ, ſit ſimul *ἀντιστρατευόμενος τῷ*
νόμῳ. Præventus autem Gratiâ aptitudinem quandam acce-
2.Cor.3,5. pit; In potentia igitur paſſiva ſpectari tunc poteſt, ſed ita,
ut potentia illa non-naturalis dicatur, quæ apta ſit naturaliter
habere actum, uti è ſemine fit corpus animatum, ſed è ſuper-
naturali principio oriunda, nonnulli obedientialem vocant.
Enimverò & obedientialis illa potentia alterius ordinis eſt,
quam trunci & lapidis ad eundem ſcopum, neq; enim neceſſe
hic eſt, ut per concurſum DEI miraculoſum eliciatur actus,
nec ſpecialis concurſus protinus miraculoſus dici debet, qua-
lis ſcilicet eſſet, ſi è lapidibus filii Abrahæ producerentur, nec
ſecundum potentiam ſuam abſolutam agit DEUS, ſed ordinatâ
& potenti flexione ita hominem occupat, ut ſublatô per præ-
venientem gratiam naturali obice, & ceſſante per collatam
ulteriorem Gratiam malitioſâ reſiſtentiâ, accipiat tandem
Spiritum Sapientiæ & revelationis per agnitionem DEI, illu-
Eph.1,17,18. minatos oculos mentis ad ſciendum, quæ ſit ſpes vocationis
ejus & quæ divitiæ gloriæ hæreditatis ejus in Sanctis. & verâ
ac vivâ fide donetur, adeoq; per ſolam DEI Gratiam, ſine
voluntatis ſuæ *συνεργεία*, regeneretur & convertatur. Quâ
ſtipatus facultate cooperari DEO incipit & utut reluctetur
caro, atq; perfectionem impediat, ſubinde tamen novas nacta
ſuppetias, audentior evadit, DEOque ſuo gratias decernit
debitas, quas & nos eidem in præſenti
dicimus.

SOLI DEO GLORIA!

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Errata. *Lit.B.fac.1.lin.25.lege* Critobuli, *lin.29 lege* fœditatem, *fac.4.lin.5.*
lege nihil niſi indiſpoſitio. *f.7.lin.11. lege* noſſe percupiunt. *lin.19. lege* conci-
liaſſet. *fac.8.l.19.* malos. *Lit.C.fac.1.lin.21.lege* quia judicabimur ...
fac.8.lin.ult.lege feralem Bullam.